

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Textus eiusdem passionis

[urn:nbn:de:bsz:31-65346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-65346)

nomine inuocauerit. sine dubio eius peti-
tio adnuitur. Multi & enim de longinquis
regionibus uenientes. obsessaq; infirma
tum corpora. ad eius scilicet sepulchrum ue-
centes. per ipsius scilicet sacerdotis interces-
sionem. ad propria cum sanitate & gaudio re-
uertuntur. Ecce de multis eius miraculis.
ego in uitalis coronatus notarius. quod con-

Sept. febr.
non. febr.
non. febr.
sept.

**INCIPIT PROLOGUS PASSIONIS SANCTI
RUM PROTI ET HYACINTHI**

Passio beatorum christi martirum protii & hyacin-
thi. nec non & sanctae basiliae uirginis. quae eadem die
qua et ipsi martirio creditur fuisse coronata. non
ipse singillatim. sed in libro gestorum beatae eugeniae
conscripta est. atque ita gesta illorum gestis beatae uir-
ginis permixta sunt. ut uix aliquid de his quae per eos
diuina clementia fieri concessit. commemorari possit.
quod non aequae ad actus. atque opera beatae eugeniae
ualeat referri. ut potest quis semper una constituti bona
quae potuerunt simul facere studuerunt. Quia obrem.
cum propter discretas temporibus. passionis. ac festiuitatum
separata solemnia. aliquid habere uoluissimus. quod
proprie ad eosdem martires pertineret. atque in eorum
die natalicio. congrue legi potuisset. Placuit nobis ea
quibus eorundem martirum mentio continetur. de praedicta
historia. uelut quosdam flosculos. de praecepti cuiusdam
latitudine decerpere. atque ex his quoddam opuscu-
lum. componendo contexere. Quo sacrae passionis
eorum dies. uelut quoddam festo redimitus. atque ofia-
tus uideri potuisset. Passi sunt autem eadem beatissimi
martires. sub ualeriano & gallieno imperatoribus.
Quorum dies natalicio. III. id. sept. celebratur.

explicit prologus
anno idus
septembris

INCIPIT TEXTUS EIUSDEM PASSIONIS

Sicut in historia passionis beatae eugeniae. sacra-
tissime uirginis legitur. Cum philippus pater eius.
a comodo imperatore. praefectus aegypti fuisset
constitutus. et in alexandria positus. eandem filiam suam.

cunctis liberalibus. disciplinis. tam greco quam latino.
erudiri fecisset. eloquio. duos ei pueros eunuchos. pro-
tium uidelicet et hyacinthum. eo modo tradidit. ut non solum
in eius obsequio sedulo uersarentur. sed etiam isdem quibus.
& illa litterarum studiis inbuti. ad procuracionem herilis
domus. atque administrationem rei familiaris. per instruc-
tionem prudentiae proficerent. Ad quam doctrinam
capessendam. tam & si cum domina sua. quae eos scilicet potius.
quam famulorum loco habebat. multam operam impenderent.
et ad scientiae saecularis copiosam notitiam peruenirent.
tamen sacros diuinae scripturae libros. habere ac legere.
hostante ac suadente beata eugenia. consueuerunt.

Inde factum est. ut cum ipsa codicem epistolarum beati pauli ap-
toli. praemanibus haberet. atque eum crebra meditatione per-
curreret. tanta breui tempore. salutaris doctrinae. uim.
credulo corde conciperent. ut nihil sibi potius. quam ad
christianae religionis plenariam perceptionem adipiscendam.
simul cum domina uideretur esse festinandum. Cumque
id qualiter fieri posset. non in sua. sed in dominae positum
dictione cognoscerent. Ineunt cum eadem consilium. ut ac-
cepta a patre. licentia. urbe egrediantur. & quasi uictandi
gratia. suburbana praedia sua. circueant. ut sic ad loca. in
quibus christiani conuersabantur. facilius accedere potuissent.

Nam praefectus neminem christianum. intra alexandriae
moenia consistere. passus. omnino de expulsos. in rure uicino.
fecit sua conuenticula celebrare. Quod cum ab illa fuisset
impetratum. et egressi alexandria. ad uillam eius in suburba-
no positam properarent. audiunt christianos. cum magna
exultatione psallentes. Omnes dum gentium daemonia.
deus autem noster caelos fecit. confessio & pulchritudo in conspec-
tu eius. Qua cantilena. intantum corda eorum dicuntur
fuisse commota. ut non solum ipsi. sed etiam beata eugenia.
intantum pie deuotionis affectu. domino inspirante. conpuncta
sit. ut eos uelut tardos. atque morantes. exhortationibus. ac
flectibus. quos primo uitae caelestis ardore continere.
non poterat. ad currendam salutarem uiam impelleret. Pro-
inde pari consensu. ac uoluntate decernunt. ut de consis-
tentiis. ac sumptibus. uiribus. indumentis. monasterium petant.
ibique salutaris baptismi sacramento regenerati. spacia
uitae mortalis. inconditorum suorum laudibus consummare.
studeant. Placuit consilium. deliberantibus. ac sine mora.

margin notes on the right edge of the page.

monasteriū petunt. In quo beatū helenum heliopolitanū ep̄m. mirae sc̄tatis uirum inuenientes benignissime ab eo recepti. ac baptismatis gratiā per illum celeriter sunt consecuti; Quo etiam ordinante. & locū in eodem monasterio in congregatione ibidem dō militantium acceperunt. & cuncta quae sibi erant uentura ipso eis narrante cognouerunt. Nam eadem nocte. qua in luceſcente ad eius erant p̄ſentiā peruenturi. reuelatū est ei ad dño. et quae essent quae ad eū in castrū uenire deberent. & quid de his ab eo foret praedestinatum. Manserunt ergo in eodem monasterio. per annos aliquot seruientes dño. sine quaere lausq. dum sup̄nae pietati complacuit. ut & iam parentes beatae eugeniae. ad fidei xp̄ianae salutiferam doctrinā suscipiendam peruenirent. Qualiter autē id factum sit. uel quo uicio inchoatū. quoue fine completum. qui plene nosse desiderat. legat hystoriam passionis beatae eugeniae. de qua et nos ista collegimus. quae ad declarandum agonem atq. uictoriam beatorū mastirū. necessaria fore iudicauimus. Consumato igitur tempore. quod ad diuina prouidentia praestitutum fuisse non ambigitur. beata eugenia cum sc̄o proto atq. h̄racinthe sodalib. suis. uelut per diaboli liuoris machinationem. ut uero patenter postmodum claruit. p̄ diuina dispensationis inscrutabilem ordinationem. de monasterio tracta. & paternis tribunalib. p̄sentata. non modo in gentē de hoste generis humani triumphum. dño tribuente consecuta est. uerū etiam eundem cum matre ac fratrib. totaq. familia. ita dño n̄ro ih̄u xp̄o. per illud inimitabile castitatis exemplum adquisiuit. ut paruo tempore interposito. non solū alexandria. sed tota pene aegypti prouincia. daemonum cultu relicto. idolisq. abiectis. ad xp̄ianam fidem. pura deuotione conuersa sit. Ipse quoq. philippus. totius alexandriae plebis. fauore pariter atq. consensu. ad sacerdotium electus. & ex praefecto pontifex factus. uix uno anno in episcopatu expleto. etiam ad mastirū coronam. xp̄o dño miserante meruit peruenire. Quo ad caelestia regna translato. claudia coniūx unā cū filiis. autto. ac sergio. filiaq. eugenia. magnā in xp̄o uirtute fiduciam habens. romam reuertitur.

Ibiq. in domo sua fideliter conuersata. tam p̄ se ipsam. quam per filiam suam beatam eugeniā. copiosam multitudinem uiduarū atq. uirginū ad xp̄i fidem. agentilitatis errore conuertit. Protus autē atq. h̄racinthus. ut uerissimi xp̄iani. apostolicam doctrinam summa intentione sectantes. ad dominae famulatu. ne ad unum quidem momentum discedere uoluerunt. sed lateri eius semp̄ adhaerentes. tam in aduersis quam in prosperis. perpetui sodales. atq. in diuidui comites effecti sunt. Adeo. ut animas suas unā cum illa. pro xp̄i amore. ponere. moſtemq. oppeterere non dubitarent. si hoc dño complacuisse. ut pariter ad palmam mastirū peruenire deberent. Itaq. ut a prouidentia sup̄nae maiestatis erat praedestinatum. ipsi dominam ad regni caelestis gloriam praecesserunt. et eos per merita. et orationes eius p̄missi sunt. quos ipsam cito pueniturā. ex p̄suis dñi ac saluatoris sui. promissione praesumpserat. Erat enim romae uirgo quaedam. magnis ostā natalib. nomine basilis. cuidam nobilissimo iuueni. nomine pompeio desponsata. quae auditis his. quae de beata eugenia. bonae opinionis felix fama uulgauerat. tanto eam uidendi coepit flagrare desiderio. ut nihil sibi potius uideretur esse faciendum. quam ut eam si fieri posset. celerrime conueniret. perque eius saluberrimā doctrinam. ad fidei xp̄ianae cognitionem. peruenire festinaret. Sed cum hoc quibusdam causis obstantib. haud facile fieri posse uideret. rogat per inter nuntios beatissimam uirginem. ut aliquem de suis familiarib. talem ad se mittat. qui ei xp̄i fidem tradere. & in omnib. quae ad eius modi cultū sunt pertinentia. scienter norit instruere. Quae ubi ad aures beatae eugeniae perlatasunt. in genti lactitia exultans. atq. uberes dño ih̄u xp̄o gratias agens. fidissimos comites suos. protum atq. h̄racinthus. adloquitur. eisq. suadet. ut ad memoratam basilis. suo missu pergere. et in eius obsequio uelut famuli consistere uelint. Eo uidelicet modo. ut ipsa eos eisdem feminae uelut dono mittat. et illi uideam erudiendam. sub huiusce. doni obtentu perueniant. & cum illa quam diu instruc

tionis eius necessitas postulauerit. quasi proprii
permaneat. Qui statim ut dominam uelle cognoue-
rant. prompti et alacres. omnia quae iuberet. se liben-
tissime facturos pollicentur. Mittunt igitur. quasi
promunere ad basillam. Quos illa susceptos. uelut
angelos di. summo honore uenerata est. Cumq. uer-
bis eorum aurem libenter accommodaret. & ad doc-
trinam eorum percipiendam. die noctuq. uacaret.
Intantum breui profecit. ut post habitum cu beate
eugenia conloquium. gratiam sacri baptismatis. ab ea-
to cornelio papa consecuta sit. Quo facto. una de an-
cillis eius instigante diabolo. ad sponsum illius pom-
peium latenter accessit. ei que de domina sua. quod
xpiana facta esset. indicauit. Qui cum satis diligenti-
curioseque perquireret. qualiter id. uel per quos
factum esse constaret. audiuit quod per beatam
eugeniam. ac scos comites eius protum atq. hira-
cintum. ita esset xpiana religionis misteris
inbuta. ac dedita. ut non solum eum martirum non
habere. sed ne ulterius quidem uidere uoluisset.
Nihilq. ei. tam cordi esset. atque iocundum. quam
ut finita. celeriter mortali uita. ad perennem
atque in mortalem caelestis uitae. beatitudinem.
martirio consummata. perueniret. His ille au-
ditis. nimio furore. succensus. primo rem ad sena-
tus. noticiam deferre curauit. Ne deinde fauen-
tibus sibi pene cunctis. amplissimi ordinis uiris.
coram ipsis. imperatoribus. prostratus. longa que-
ad lacrimabili usus oratione. Intantum eorundem
principum animos. per suffragium senatus. in odi-
um omnium xpianorum. concitauit. atque obti-
nuit. ut statim. et sine ulla dilatione. sententia
data. sancirent. basillam uirginem. nisi eadem
hora sponsum suum reciperet. capite puniendam.
Omnes autem xpianos. ubi cumque. inuenti fuissent.
ad sacrificandum idolis. cogi debere. ac recusantes
uariis tormentorum generibus. interficiendos.
Quod edictum. in beata basilla. celeri fine completum
est. Nam dum sponsum recipere iuberetur. &
nolle. intra propriam domum alicore percussa.
ad caelestis regni gaudia. ipso eam pro cuius amo

re mori decreuerat. dno xpo suscipiente. migravit.
Post haec beatus protus atque hircintus. quia in
eadem domo cum basilla fuerunt. ab intersectoribus
eius tenti. & ad praefectum urbis nicetium de-
ducti sunt. Quicum eos uidisset. ilico ad templum
iouis. ubi sacrificarent. praecepit abduci. Quo-
cum uenissent. fixis in terram genibus. xpo dno
purissimae orationis suae. sacrificium obtulerunt.
Ad cuius oblationem. statua iouis. coram qua tur-
ficare iussisunt. ante pedes eorum in terram cor-
ruit. atque ita infrusta comminuta est. ut si simu-
lacrum aliquando fuerit. anemine posset agnosci.
Quod ubi factum est. pagani furore repleti. & id
quoddam uolente. factum erat miraculum. non
diuinae potentiae. sed magicae potius uani-
tati deputantes. ipsos beatissimos xpi masti-
res. in eodem loco sicut eis imperatum erat. de-
collari fecerunt. Quorum corpora xpiani.
atque deuoti homines collegerunt. et in eo
loco. in quo gloriosus xpi martir beatus
hermes. iam ante annos plurimos erat posi-
tus. aromatibus condita sepelierunt.
Ubi xpo dno largiente. per eorundem mar-
tirum merita. plurima prestantur bene-
ficia. his qui ex pura fide ipsum dm. ac dnm
nostrum ihm xpm. in scis suis uenerantur.

EXPLICIT PASSIO SCO
RUM. PROTII ET HIR-
CINTII.